Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



R E

bater unus erat quia quatuor cubi
torum singulos quoque bateres per sin
gulas .i. x. bases. quinque ad dexteram
et quinque ad sinistram partem templi
contra orientem ad meridiem fecit
ergo hiram lebetas et scrutas et amu
las et perfecit omne opus regis salomonis
in templo domini columpnas duas
et funiculos capitellarum super capite
lla columpnarum et malagranata. qua
draginta in duobus reciaculis. duos
et reciacula duo ut operirent duos funi
culos qui erant super capita columpna
rum et malagranata .xl. in duobus recia
culis duos versus malorum granatorum
in reciaculis singulis ad operiendos funi
culos capitellarum que erant super
capita columpnarum. et bases decem
et bateres decem. super bases. et mare
unum. et boues. duodecim subter mare
et lebetas. et scrutas. et amulas omnia
uasa que fecit hiram regi salomoni
in domo domini de auricalco erant in
campestri regione iordanis fudit ea
rex in argillosa terra. inter sacho. et sar
than. et disposuit salomon omnia va
sa in domo domini. altare autem aureum
et mensa super quam ponerentur panes
propositionis auream. et candelabra aurea
quinque ad dexteram. et quinque ad sinis
tram contra oraculum. ex auro purissimo. et quasi lilii flores. et lucernas
desuper aureas. et forcipes aureas. et hy
drias. et fuscinulas. et fialas. et mortari
ola. et turibula de auro purissimo. et car
dines hostiorum. domus interioris sancta
sanctorum. et hostiorum domus templi. ex
auro erant. et perfecit omne opus quod
faciebat in domo domini. et intulit
que sanctificauerat dauid pater suus

argentum et aurum. et uasa reposuit
que in thesauris domus domini.

VIII

Tunc congregati
sunt omnes maiores natu
israel. cum principibus israel tri
buum. et duces familiarum filiorum
israel. ad regem salomonem in ierusalem ut
deferrent archam federis domini de
ciuitate dauid .i. de syon. Conuenit que
ad regem salomonem uniuersus israel. in
mense bethanim in insollempni die
ipse est mensis .vii. Venerunt que cuncti
senes. ex israel. et tulerunt archam domini
sacerdotes. et portauerunt archam domini
in tabernaculum federis. et omnia uasa sanc
tuarii que erant in tabernaculo domini. et
ferebant ea sacerdotes et leuite. rex a
salomon. et omnis multitudo israel que
conuenerat ad eum gradiebatur cum
illo ante archam. et immolabant oues
et boues absque estimatione. et numero.
et intulerunt sacerdotes archam federis
domini in locum suum. in oraculum
templi. in sanctum sanctorum subter alas che
rubin. Si quidem cherubin expande
bant alas super locum arche. et prote
gebant archam. et uectes eius desuper
cumque eminerent uectes. et apparerent
summitates eorum foris sanctuarium
ante oraculum non apparebant ultra
extrinsecus qui et fuerunt ibi usque in
presentem diem. in archa autem non est
aliud. nisi due tabule lapidee quas po
suerat in ea moyses in oreb. quando
pepigit phedus dominus cum filiis
israel. cum egrederentur de terra egypti.
factum est autem cum exissent sacerdo
tes de sanctuario nebula repleuit domus
domini. et non potuerunt sacerdotes stare
et ministrare propter nebulam. impleuerat